



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

101. Affectu peculiari erga Lanceam quæ Crucifixi latus aperuit fertur,  
eamque Officio Ecclesiastico honorat.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](#)

CI.

## AMATOR CRVCIFIXI

peculiari affectu erga Lanceam, qua Crv-  
cifixi latus aperuit, fertur, eumque  
Officio Ecclesiastico ho-  
norat.

CUSPIS  
Lanceæ  
Dominis  
et.

**I**N Monasterio SS. Nicolai & Me-  
dardi Ordinis S. Benedicti in Bra-  
vviler propè Coloniam Agrippinam  
seruatur, honoraturque Cuspis LAN-  
CEÆ DOMINEÆ. Cuius veritatem ex-  
ploraturus Theodoricus de Morsa Ar-  
chiepiscopus Coloniensis, cum Norim-  
bergam proficiseretur, eam compone-  
re voluit cum Lanceæ ferro, à quo dis-  
lecta dicitur. Abbas vero, & Monachi  
metuentes detimentum suæ sacræ Cus-  
pidis, substituerunt simillimam speciem  
ab aurifabro fabricatam, quæ collata  
Sacra Lanceæ Norimbergensi Archiepi-  
scopum Theodoricum in fide Lanceæ  
confirmavit.

Quapropter idem Theodoricus in-  
stituit Officium LANCEÆ & CLAVO-  
RVM celebrari in diœcesi Coloniensi,  
sejâ sextâ post octauam Paschatis, cum  
celeberrima amburbali Theophoria

Officium  
Sacra Lan-  
ceæ & Cla-  
vorum.

Colo-

Coloniensi, ad excidium hæresum : Si-  
quidem secta Hussitarum eo tempore  
strages edebat miserabiles.

An fortassis oh hunc erga CHRISTVM Felicitas  
in CRUCE LANCEATVM peculiarem af Amatoris  
fectum, Theodoricus Archiepiscopus, & Culta-  
torianus, quibus variā fortunā, & tem- rū S. Lazar-  
pestatisbus iactatos tuit, vitam in regi cez.  
mīcē protixit ? nam p̄fuit dōc̄ eī  
annis omnino XLVII. quos designat  
Poëta in epitaphio.

Theodoricus erat firmus corpore mente  
Pulchrior & unguia dulcis in orbe valens.

Pr̄sul Agrippinas nulli p̄fuit secundus  
Magnificus factu religione s̄de.

Othonus lustris tot d̄ m̄ labentibus annis  
Praefuit Ecclesia, postor ubique bonus.

Egidius Gelenius lib. 3 in Magnitud.

Colon. Syntagm. 1. c̄p 15.

## CII.

AMATOR CRVCIFIXI  
ex peculiari affectu erga sacram Cuspidem,  
personam illi orationemq; patheticam  
adstringit.

102.

Lege, & vide, an non accommodatē

CVSPIS SACRA  
ad Hastam.

Crudeles manus, crudelis tu quoque  
Hasta;

Quæ,